

<p>OLPHI PRÆCEPTA.</p> <p><i>igitur aliqua erat initio auferendum à 4.198: scilicet subtrahit inde hoc semisum, residuum erit 3.749, cuius arcu 29°.46"; tunc pars de 5°.18" reliqua erit 25°.32"; cuius Antilogarithmus 2.758. Hierur- sum à 3.211 ablatus, relinquit 0.453: & hoc cum priori semisum 0.449 proxime concordet. Invenius igitur est Antilogarithmus perpendiculari 10°.20" & pars linea que respondet Antecessioni, verè est 29°.46", pars que Superationi, 25°.32".</i></p> <p>Processus post prima tentamenta facilimus erit.</p> <p>Eclipsis Solis initium, Finis, Quantitas &c: quomodo sint computanda ad certum aliquem Locum.</p> <p>1. PRIMÙM aut nescitur Hora Eclipsis, aut sci- tur præterpropter. Sine scitur hora, tunc nihil prius est faciendum, quām ut computetur tem- <i>Per præc. 115.</i> pus exactum Copiæ, cum locis ☽, ☿, & ☾ in Eclipticā, & deponatur Parallaxes ☽ & ☿, cum Semidiametri & Horarii veris. Si vero præscit Hora præterpropter, tunc ad illa com- putetur loco Luna fictus, & reducatur ad verum, <i>Per præc. 145.</i> computentur & loca ☽ & ☾ ad idem momen- tum. Nam exacta cognitione ipsius veræ Copi- la non simpliciter est opus, potestq; parci ope- rare, per se satis operose in ceteris. Deponatur vero etiam hoc casu parallaxes & Semidiametri ut prius.</p> <p>2. Secundū cum distantiā non Solis, sed Lu- nae ipsius à Nodo, excerpatur ex Tabulâ latit. Ec- <i>Per præc. 145.</i> lip: Reductio. Illa vero jam in hac computatione ad certum locum Terræ, non est extendenda à loco Solis, ut prius, cum de omnimodi Eclip- satione Terræ ageretur, sed à loco Lunæ versus Nodus, ut habeatur locus Lunæ reductus ad Eclipticam.</p> <p>3. Tertiū eodem ingressu Tabula excep- ta tur etiam latitudo, cum sua plaga.</p> <p>4. Quartū tempus æquale Uraniburgicum, <i>Per præc. 49.</i> momenti, ad quod loca sunt computata, conver- vel 51.32. tatur in apparentes, & reducatur ad Mēridianum 14. vel 13.54 loci; tunc ad hoc exquirantur Parallaxes Longi- tudinis & Latitudinis. Parallaxes autem dico, nō Luna simplices, ut capite XXVIII, sed dimi- nutas parallaxi Solis, quæ dicuntur Parallaxes Lunæ à Sole. Et cum his parallaxis, locus Lu- nae verus, ad Eclipticam reductus, veraq; Latitu- do ejus, convertantur in visibles. Et subtrac- tio ne fætā loci ☽, à loco Lunæ visibili, si hic supé- raverit, vel hujus, si anteceſſerit, ab illo, intervallo la Longitudinis & Latitudinis adferuntur, cum titulus vel Antecessionis Lunæ vel Superationis.</p> <p>5. Quintū. Quod si nulla fuerit Longitudi- num differentia, jam ferè habes momentum Ob- fcurationis maximæ, & calculo eō est perductus, ut ad quantitatē Eclipſeos inquisitionem pro- gredi possis; ad initij verò & finis collectionem superest aliquid etiam tunc operæ. Reperendus enim erit calculus & ad antecedenteri, & ad se- quentem Horam. Nisi fortè pīnctūs æquinoctia- libus aut vicinis gradibus, orientibus, angulus Orientis per bihorium partum mutetur; tunc al-</p>	<p>132</p> <p>130</p> <p>136</p> <p>126</p> <p>141</p> <p>121</p> <p>181</p> <p>081</p> <p>231</p> <p>031</p> <p>Ende</p> <p>Anfang</p>
--	---